Quelle: http://manuscripta.at/?ID=31714
Copyright: Zwettl, Zisterzienserstift

adomia utilis est. promissionē uite
habens que nunc ē et future. Tibi
inquit reddunt uota sua etno deo
uiuo. et uero. iuxta qd in psalmo dr.
et redde altissimo uota tua. Vota
uidelicet fidi. et pie deuotionis. per
quā nos metipsos deo uouemus
et reddimus. Quisquis enim bene
cogitat. qd deo uoueat. et que uota
persoluat. hoc exigitur. hoc debetur.
ut se ipsum uoueat. et reddat. Ima
go cesaris. reddatur cesari. imago dei
reddatur deo. Sed sicut uidendum ē
qd offerat. ita etiam considerandum
ē ubi offerat. quia ueri sacrificii
extra catholicā ecclesiam locus n est.
Vnde multū consequenter dictū ad
iungitur in misterio. commun
cantes. et memoriā uenerantes in
primis gloriose semper uirginis
M A R I E genitricis dei.
et dn̄i nr̄i ihū xp̄i. sed et beatorum aplorum.
ac martyrū tuorum. et cetera. usque ubi
dr. et omnium scōrum tuorum. qs dic com
municantes. et memoriā ueneran
tes. beate genitricis dei. et aplorum. ac
martyrū. et omnium scōrum tuorum. nisi
et se ipse sacerdos qui offert. et omīs
circumastantes qui simul offerunt unū
sacrificium laudis. qd ut deo possit
eē acceptū et beneplacitum. non

alibi hoc offerunt et sacerdotes.
et ecclesia cū sacerdotibus. nisi in co
munione. et societate scōrum in quibus
uoluit idem. omps ds ecclesie sue.
constare fundamentū. Sic apls fi
delibus dicit. Estis ciues scōrum et do
mestici dei. Super edificati super fun
damentū aplorum. et prophetarum. In eorum
ergo communione. et memorie. uene
ratione. tamquam in uero templo dei.
offert deuotio fideliū. uota. et
munera sua. Et ideo sunt comu
nicantes eorum memorie. tamquam filii
patrū. et sectatores precedentiū.
Quid ē enim comunicantes. nisi
comunione. et societate tenen
tes. et qd est eorum memoriā uene
rari. nisi cū pietate et humili
tate eorum uestigia sequi. Ad hanc
societatē nos beatus iohs apls
inuitans dic. Qd uidimus et au
dimus annuntiamus uobis. Et
quasi interrogaremus. qd nobis
prodesset illa annuntiatio. ait.
Vt et uos societatē habeatis no
biscum. Et ne quis contemnenda
putaret hanc societatem tamquam
hominū. continuo adiunxit. Et vid.
societas nr̄a sit cū patre. et cū
filio eius ihū xp̄o. Manifeste
ostendens. quia quicumque societatē

25